Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

seruasse concordia; Ipso adiuuante qui uiuit et regnat in s(ae)cula s(ae)c(u)lor(um);

FINIT LIBER PRIMUS
INC(I)P(I)T LIBER SEC(UN)D(US)

praecedentibus capitul(is) quaestionu(m).

I· Quare usq(ue) ad ioseph generatoris xp(ist)i commemoratur cum de illi(us) semine xp(istu)s non sit natus sed de uirgine maria.

II· Quomodo sit xp(istu)s filius d(aui)d cum ex ioseph filii dauid concubitu non sit natus;

III· Quare alios p(er) generatores xp(ist)i mattheus numerat alios lucas.

IIII· quare quadraginta generationes excepto ipso xp(ist)o inueniuntur apud mattheum cum quattuor decim triplicet.

V Quomodo matthei ordini congruatur ordo lucae in his quae de concepto et de infantia uel pueritia xp(ist)i alius praeter mittat alius commemorat.

VI· De ordine praedicationis ioh(annis) baptistae inter omnes quattuor.

VII De duob(us) herodibus.

VIII· Quomodo matth(eus) dicat timuisse ioseph ire cu(m) infante xp(ist)o in hierusalem p(ro)pter archelau(m) et non timuisse ire in galileam ubi erat thetrarcha herodis frater eius.

VIIII· Quomodo mattheus ideo isse in galileam ioseph cum infante xp(ist)o quia timuit archelau(m) pro suo patre regnante in hierusalem cum lucas dicat ideo isse in galilea quia ibi erat nazareth ciuitas eoru(m);

X Quomodo lucas dicit ibant parentes eius p(er) omnes annos in hierusalem in die sollemnem pasche cum illo puero cum dicat mattheus quod metu archelai metuerent illuc ire ab aegypto redeuntes.

XI· Quomodo potuerint completis dieb(us) purgationis matris xp(ist)i·